Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



S I S

uidens quod concepit despectui me
hit. Iudicet dominus inter me et te.
Cui respondens abram. Ecce inquid
ancilla tua in manu tua est. utere ea
ut libet. Affligente igitur illam saray
fugam iniit. Cumque inuenisset eam
angelus domini iuxta fontem aque in
solitudine que est in uia sur. in deserto
dixit ad illam. Agar ancilla sarai unde
uenis. Et quo uadis. Que respondit
a facie saray domine mee ego fugio.
Dixit que ei angelus domini. Reuertere ad do
minam tuam et humiliare sub manu ip
sius. Et rursum. Multiplicans multi
plicabo inquit semen tuum. et non nu
merabitur pre multitudine. Ac deinceps
ecce ait concepisti et paries filium uoca
bis que nomine eius ysmahel. eo quod au
dierit dominus afflictionem tuam. Hic
erit ferus homo. Manus eius contra
omnes et manus omnium contra eum
et eregione uniuersorum fratrum figet
tabernacula. Uocauit autem nomen domini
agar qui loquebatur ad eam. Tu deus
qui uidisti me. Dixit que ei. Profecto
hic uidi posteriora uidentis me. Propterea
appellauit puteum illum. puteum uiuen
tis et uidentis. Ipse est inter cades et
barad. Peperit que agar abram filium
qui uocauit nomen eius hysmahel.
Octoginta et vi annorum erat abram
quando peperit ei agar hismaelem.

XVII

Postquam
uero nonaginta et viii annorum
esse cepit. apparuit ei
dominus. dixit que ad eum. Ego deus
omnipotens. Ambula coram me et esto perfec
tus. Ponam que fedus meum inter me
et te et multiplicabo te uehementer
nimis. Cecidit abram pronus in fa
ciem suam. Dixit que ei deus. Ego sum
et ponam pactum meum tecum. Eris
que pater multarum gentium. nec
ultra uocabitur nomen tuum abram.
sed uocaberis abraham quia patrem
multarum gentium constitui te. faci
am que te crescere uehementissime et po
nam te in gentibus. reges que ex te egre
dientur. et statuam pactum meum in
ter me et te et inter semen tuum post
te in generationibus tuis federe sempiter
no. ut sim deus tuus et seminis tui post
te. Dabo que tibi et semini tuo post te
terram peregrinationis tue. omnem terram
chanaan. in possessionem eternam ero
que deus eorum. Dixit iterum dominus
ad abraham. Et tu ergo custodies
pactum meum et semen tuum post
te in generationibus suis. Hoc est pactum
quod obseruabitis inter me et uos.
et semen tuum post te. Circumcidetur
ex uobis omne masculinum. et circum
cidetis carnem preputii uestri. ut insignum
sit federis inter me et uos. Infans
viii dierum circumcidetur ex uobis
Omne masculinum in generationibus
uestris. tam uernaculus quam empticius cir
cumcidetur. Et quicumque fuerit de stir
pe uestra. Erit que pactum meum in car
ne uestra in fedus certum. Masculus
uero cuius preputii caro circumcisa non
fuerit. delebitur anima illa de populo
suo. quia pactum meum irritum fecit.
Dixit quoque deus ad abraham.
Saray uxorem tuam non uocabis
saray sed saram. et benedicam ei. Et
ex illa dabo tibi filium. cui benedicturus
sum. Erit que in nationes et reges po
pulorum orientur ex eo. Cecidit ab
raham in faciem suam. et risit dicens